

restitutionem petens tractat de damno vitando, & is, contra quem petitur, de non acquirendo lucro. Quod hic contingit. Professus enim tractat de damno vitando, ne, scilicet, cogatur manere in religione, ad quam non tenetur. At religio tractat de eo monacho acquirendo.

SUMMARIUM.

An decretum Tridentini sess. 25. de regular. c. 19. intelligatur de habitibus perpetuum impedimentum inhabilitans ad profitemdum: vel etiam temporale, quod toto illo quinquennio durat? Referuntur quæ perpetuo inhabilitant, & quæ ad tempus, tam ar. teno iure antiquo, quam Tridentino, & motibus proprijs Sixti V. & Gregorij XIII. & qualiter religionis status positus aliquis inhabilis efficiat ad ill. m. n. 30.

Dictio, Quælibet, quid importet, & an claudat inhabiles. n. 31. in l. n. 32.

Proponuntur iudicanda ad decretum procedere in his impedimentis. n. 31.

Non comprehenduntur qui perpetuo inhabiles sunt, siue iure communi, siue ex Sixti V. cõstitutionibus, siue ex religionis statutis à Pontifice approbatis. n. 32.

Inhabiles in perpetuum sunt via ordinaria audiendi, quocunque tempore reclamant. Et explicatur, qualiter contra presumptionem iuris, & de iure, admittatur probatio indirecta. n. 33.

Non intelligitur etiam de habitibus impedimentum temporale, siue ex iure antiquo, siue ex Tridentino, siue ex motibus proprijs Sixti V. dum id impedimentum durat. Et an sit id quinquennium numerandum à die qua cessat impedimentum inhabilitans. n. 34.

Soluntur argumenta. n. 35.

Post uia. 35. inuenies alia summaria.

30

VESTIO Quarta. An decretum Tridentini sess. 25. de regular. cap. 19. denegans audiendam professionem post quinquennium, intelligatur de laborantibus impedimento perpetuo ad profitemdum, atque ita inhabilibus: & etiam de impedimentis temporalibus adhuc permanentibus, quæ dum durant, reddunt quempiam inhabile ad profitemdum? Præmittendū est, quædam esse impedimenta perpetuo reddentia inhabilem quempiam ad profitemdum: vt dicitur in sexto tum, vir enim est incapax profitemdi in monasterio monialium: & mulier in monasterio virorum. c. diffiniuis

18. q. 2. Et quidam criminosi sunt perpetuo inhabiles ad profitemdum, iuxta motum proprium Sixti V. incipientem. Cum de omnibus Ecclesiasticis ordinibus, editum anno 1586. sexto Kalendas Decembris, nimirum, qui furta, latrocinia, rapinas, homicidia, aliave facinora perpetrarunt familia, aut grauiora: & ita re, aut suspecti sunt, vt propterea ob illa damnati sint, aut nedamnentur, formident: vel reddendis rationibus ita obnoxij sunt, vt ex huiusmodi causa lis, vel molestia eis iam illata sit, vel timendum sit, ne inferatur: vel ingenti ære alieno supra vires suarum facultatum grauari sunt. Quod quantum ad criminosos ipsemet Sixtus V. in alio motu proprio declarauit, tunc id locum habere, quædam a publicis confiterentur ipsum iudicæ, & curiam secularẽ, ante susceptionem habitus, de ipso crimine aduersus eos accusationem suscepisse, vel inquisitionem instituisse. Sunt tandem alij perpetuo inhabiles effecti per statuta religionis à Pontifice confirmata. Nec enim potest etiam capitulum generale religionis validum statutum professionem irritans edere, nisi Pontificia cõfirmatio accedat. Sicut nullus potest dempto Pontifice matrimonium carnale irritare: Quod bene docent Nauar. lib. 3. consil. tit. de regular. in prima editione, consil. 5. num. 8. & sequentibus: & consil. 25. n. 2. & in. 2. consil. 26. nu. 8. & sequentibus: & consil. 48. n. 2. Manuel. 2. tomo summæ. c. 5. nu. 1. & c. 6. n. 3. Sorbus in compendio priuilegiorum mendicantiũ, verb. nouitius, post notabile. 7. §. quinto principaliter. Vega. 2. tomo summæ. c. 50. casu. 5. At post religio admittere ad professionem præmissa protestatione non esse animum admittendi, si professus patitur vitium contrarium statuto, & tunc professio non valeret, non ob statutum, sed quia deficit animus recipiendum. Sic Nauar. lib. 3. consil. tit. de regularibus in prima editione, consil. 5. n. 11. in. 2. consil. 26. n. 2. Manuel. 2. tomo summæ. c. 5. n. 2. Alia autem sunt impedimenta, quæ inhabilitant, sed non perpetuo: moueri enim possunt, aut cursu temporis, vt defectus ætatis: aut cessatione causæ extrinsecæ, vt metus, cessat enim cessante metu inferentes aut factio hominis supplente quod ad professionis valorem desiderabat. Vt contingit in impedimentis, quæ Sixtus V. in suo motu proprio induxit contra illegitimè natos, qui nec ex incestu, nec ex

sacrilegio concepti sunt, quos habiles efficit præmissa quadam informatione, secus autem inhabiles. Huius etiam generis sunt habitus ex incestu, & sacrilegio. Quippe quauis Sixtus V. eos perpetuo inhabiles ad profitemdum reddiderit: at moderatus est Gregor. XIII. cum motum proprium, efficiens eos habiles præmissa informatione, de qua in suo motu proprio. Et idẽ Sixtus V. de omnibus masculis, qui sedecim annos nati sunt, statuit, non aliter in religionem admitti posse, quam præmissa certa informatione, & approbatione. Et in alio motu proprio, quem in huius declarationem postea edidit, declarauit, professionem maiorum sedecim annis esse nullius momenti, si non præmissa informatione emissa sit, quauis ante editum illum motum proprium priorem susceperint habitum, si post illius promulgationem professi sint, etiam cum illius ignorantia. Nec Gregor. XIII. in hac parte aliquid immurauit. Vt bene docet Manuel. 2. tomo summæ. c. 3. n. 1. sine. At minor sedecim annis habitum recipiat, solum desideratur, vt filius legitimus sit, & quauis nulla informatio præmittatur, erit valida professio. Quia de minoribus ea ætate legitimus non statuit in suis motibus proprijs. Difficultas ergo in eo versatur, an qui perpetuo inhabiles ad profitemdum sunt, aut etiam solum ad tempus, at id impedimentum, quod professionem irritabat, manet transacto quinquennio, comprehendantur in eo Tridentini decreto, ita vt eo transacto reclamantes contra professionem audiendi minimè sint.

31

Et videtur de his omnibus id decretum intelligendum. Quia cum Tridentinum numerarit eo capite. 19. duo impedimenta temporalia, nempe metum, & ætatis defectum, addideritque, aut quid simile, que verba ad sola impedimenta similiter temporalia referabantur, statim addidit: *vel quocunque ex causa.* Quæ verba si ad solas similes causas referrentur, superfluerent vti que. Cum tamen receptissimum sit, in litteris Apostolicis nec vnã syllabam debere esse superfluum. Vt probauit lib. 3. disput. 26. n. 6. Secundo, quia dictio, *Quicunque*, propter eius generalitatem trahit etiam ad casus improprios. Vt multis citatis tradit Tiraquel. de retractu lignagier. §. 1. glof. 7. n. 20. & sequentibus: & idem docet Azebedo lib. 4. recopil. tit. 17. l. 4. n. 6. Tertio, quia dictio, *Quilibet*, siue, *Quicunque*, eius

est nature, vt est dictio, *Alius*, implicet similes causas, & qualitates: at in ea cõditione vniversalis, *Quilibet*, *Quicunque*, cõplectitur etiam dissimiles qualitates. Vt notat Glof. Clem. 1. verb. quauis, de sent. & re iudic. Et ibi Immola. n. 8. Ludouicus Gomez regula de triennali. q. 2. §. tandem istis non obstantibus, Mandosius regula 12. Cancellaria. q. 6. n. 8. & alijs relatis. Couar. q. pract. c. 2. §. n. 3. Azebedo lib. 4. recopil. tit. 17. l. 4. n. 7. Et confirmatur, quia vbicunque tractatur de favore publico, verba generalia non restringuntur ad personas habiles: sed generaliter intelliguntur etiam de inhabilibus, favore publico id efficiendi. Vt per l. 3. §. vtrum, vers. hic quoque, in fine. ff. ad Senat. consil. Siluanum, docet Iason alijs relatis. l. si filius familias, n. 4. & sequentibus. ff. si certum petatur.

Prima conclusio sit. Id Tridentinũ decretum non comprehendit inhabiles perpetuo ad profitemdum. Ducor, quia verba generalia comprehensa sub illis verbis, *Ex quacunque causa*, ad personas habiles restringenda sunt. l. vt gradatim. ff. de leg. 2. ff. de muner. & honor. Ad quod comprobandum multa congerit Iasson. l. 2. §. prætor. n. 3. ff. qui satis dare. Et n. 4. reddit rationem, ne iuris correctio inducatur, vel absontus intellectus. Ad idemque probandum multa asert Ludouicus Gomez regula de triennali. quæst. 2. paulo post principium: & regula de annali possessore. q. 3. §. non obstat dictio. Et Rebuffus in tractatu de pacificis possessoribus. n. 172. inde includens eam regulam loquentem per signum vniversalẽ, quicunque; restringi ad personas habiles. Secundo, quia euident absurdum sequeretur ex opposito, nimirum, mulierem in virorum monasterio professionem seculi mentio, non posse post quinquennium eijs. Tertio, quod oppositum cederet in graue religionis detrimentum. Cogeretur enim effectus inhabiles per sua statuta à Pontifice confirmata retineret eo quod quinquennium transactum sit à professione irrita, doloque facta. Atque ita decretum favore religionis editum in ipsius detrimentum redundaret: contra. l. quod favore. c. de legib. & regulam quod in gratiam, de relictis iuris in. 6. Et inhabiles ille ex suo delicto, cõmodum reportaret, contra. c. tunc, de cleric. non resida. cõ multis similibus, quæ asert Tiraquel. de retractu lignagier. §. 1. glof. 9. n. 68. Et ita hanc cõclusionẽ videtur expressẽ tenere Nauar.

32 nota
multides
in aliquo
proposito
necessario
fessionem
tenere
etiam
in
quingum
ibi degenit

lib. 3. cõsil. tit. de regular. in prima editio-
ne, conf. 5. n. 12. & cõsil. 25. n. 2. & ultimo:
in 2. conf. 26. n. 12. & conf. 48. n. 2. & fina-
li, ubi in dist. de ait. professum contra sta-
tutum validum in habilitans posse eijci, te-
nerique ipsam egredi, nisi Pontificiam dis-
pensatione impetret: nec restringi ad quin-
quennium, vt possit expelli.

Hinc deducitur, hos inhabiles quocun-
que tempore transactio reclamantes contra
professionem, audiendos esse via ordinaria.
Tum, quia Tridentinum claudens aditum ad
reclamandum post quinquennium, nõ loquitur
de his inhabilibus. Tum etiã, quia quãuis
contra præsumptione iuris, & de iure, nõ
adimitatur probatio directa, quæ ad eneru-
andum ipsam præsumptionem tẽdat: ad-
mittitur tamen indirecta, quæ probatur,
qualitates ad eam præsumptionem requi-
sitæ minimè reperiri. Sicut cõtra præsump-
tionem iuris, & de iure matrimonij initi per
copulam sponsalia subsequentem, admit-
titur probatio cõcludens non interuenisse
copulam aut sponsalia, aut prius ea disso-
luta fuisse. Quod optimè docent Glossa
Clem. i. verb. fecisse, de probat. Abb. c.
is qui fidem. n. 5. de sponsal. & ibi Prepo-
l. nu. 8. & reliqui scribentes ibi. Felinus. c.
quanto. n. 4. de præsumpt. Socinus regula.
31. n. 6. Euerardus loco à versumili. n.
20. Couar. 4. decret. x. p. c. 4. §. 1. nu. 7. &
multi alij, quos referunt, & sequuntur
Malcardus de probationib. in princip. q.
10. num. 67. Menochius de præsumptione
lib. 1. q. 65. n. 1. & sequentibus. Et ratio est,
quia cum lex constituat certas qualitates
ad hanc præsumptionem inducendam, nec-
cessarium est admitti probationes concludens
aliquam ex qualitatibus petitis de-
ficere. Sic ergo cum qualitas requisita, vt
ea præsumptio Tridentini locum habeat,
sit ne professus sit inhabilis, admittetur
vtique probatio eam inhabilitatem con-
cludens.

34 Secunda conclusio. Nec id Tridentini
decretum intelligitur de laborantibus im-
pedimento temporali, quod irritat pro-
fessionem, ac toto illo quinquennio permã-
sit. Vnde illegitimè nati quicunque, & le-
gitimi maiores sedecim annis, qui nõ præ-
missa informatione petita in motu proprio
Sixti V. cuius nu. 30. meminimus, recep-
tunt ad religionis habitum, ac professi sunt,
& ij, qui metu adducti, & ante eate legit-
ima professionem emiserunt, si id impedi-
mentum etiam post quinquennium durat:

quia, verbi gratia, adhuc nõ est facta infor-
matio: aut durat idẽ metus: aut nõ est im-
pleta etas ad professionem requisita, possunt
quocunque tempore transactio reclamare,
& audiri debent remedio ordinario. Et
ratio est aperta. Quia Tridentini decretum
fundatur in præsumptione ratificationis
professionis irrita, quæ per illud quinquen-
nium inducitur. (Vt probauimus. n. 9.) at
durante eo impedimento, quod irritabat
professionem expressam, nõ potest profes-
sio tacita effici valida. Eadem enim est
ratio, & par virtus taciti, & expressi: nec
tacitum plus operari potest, quam expres-
sum. Vt tradunt omnes scribentes. I. cum
quid. ff. si certum petatur. Et. l. 3. ff. de leg.
gar. 1. Et ratio est, quia professio tacita in-
tantum vim habet, inquantum inde vera
præsumitur: expressa nõ est præsumpta,
sed vera. Et vt docet Natur. lib. 3. consil.
tit. de regular. in prima editione, consil. 5.
n. 15. & in 2. consil. 26. num. 37. cum ceteris
paribus difficilius colligatur cõsentus
tacitus, quam expressus, facilius colligitur
actum non valere ex defectu cõsentus ta-
citi, quam expressi. Quia quicquid habet
propositum in proposito, habet opposi-
tũ in opposito. c. sciendum. 8. q. 1. & l. si cõ-
tra tabulas. ff. de vulg. & pupil. Et ne am-
bigendi ansa relinqueretur. 2. Sixtus V. in
dicto motu proprio id expressit de impe-
dimentis per ipsum inductis, dicens profes-
sionem, siue expressam, siue tacitam cum illis
factam, fore nullam. Atque ita, licet sit
præsumptio iuris, & de iure ratificari ma-
trimonium metu initum per spontaneam
cohabitationem diutinam. c. ad id, de spon-
sal. defendit Menochius alios referens de
præsumpt. lib. 1. q. 95. n. 3. admitti probatio-
nem indirectam contra eam, quæ proba-
retur perseverare metu eo toto cohabi-
tationis tempore. At dubitabis, an si im-
pedimentum duret toto quinquennio, vel
cius parte, sit numerandum quinquen-
nium a die cessationis impedimenti. Ne-
minem disputantem inueni, fed arbitror
dicendum, si toto quinquennio duret,
non esse concedendum aliud quinquen-
nium post ablatum id impedimentũ, quod
irritabat professionem, sed tempus arbi-
trio boni viri sufficiens, vt possit pro-
fessus reclamare, & non reclamari cen-
setur professionem ratificare. Sicut nu-
mer. 26. diximus id attendendum esse ad
facilitatem reclamandi, quando impõctia
reclamandi duravit toto illo quinquennij

spatio: At si intra quinquennium cessauit
impedimentum, aut manet tempus arbitrio
boni viri sufficiens intra illud, ad reclama-
ndum non alius temporis spatium indulgẽ-
dũ est, sed locũ habet quinquennium in Tride-
ntino statutum. Sicut n. 23. & 26. diximus
procedere illud quinquennium, quando intra
illud cessauit ignorantia, aut alia reclama-
mandi in potentia, dum modo maneat tẽ-
pus a bitrio boni viri sufficiens ad recla-
mandum. Et constat, quia Tridentinum eo,
c. 19. statuens quinquennium, expressit
professionem metu, & ante ratem factã.
At nec metus poterat statim cessare: & ad
implendam etatem non poterat moraliter lo-
quẽdo annus integer, aut dimidia anni pars
laesse. Hæc deseruiant professionibus
hæc vtque emittis, cum impedimentis illis
Sixti V. vel nõ seruata forma ab ipso præ-
scripta. Nam Clemens VIII. die 2. Aprilis
anni 1592. reuocauit eos motus proprios,
in quantum eas professiones in posterum
irritant ad iusque commune reduxit, resi-
ctis in suo robore penis ibi contentis in
superiores, qui ea forma non seruata, aut
illis impedimentis affectos nõ admittunt.
Ad argumenta n. 31. proposita respon-
detur. Ad primum die, non esse superflua
illam particulam, licet non extendatur ad
impedimenta perpetua. Quia posita est ma-
ioris declarationis gratia, vt clarius percipi-
rentur mentem Concilij fuisse loqui de
quocunque impedimento ad tempus profes-
sionem irritanti. Ad cetera constat ex
dictis. n. 32. Ea enim intelligenda sunt, ni-
si ex ea generalitate induceretur correctio
iuris, & resularet absolutus intellectus.
Quod hic euenit. Corrigitur enim om-
nia iura efficiencia quosdam inhabiles in
perpetuum ad profectendum, & statuentia
impedimentum ad tempus, quod profes-
sionem irritat. Et resularet absolutus intel-
lectus. Vt n. 32. probauit.

SUMMARIVM.

AN inualide professus, & transacto id quin-
quennio est d. status: omni remedio ad
reclamandum possit fugere, nec teneatur
regulam, & vota seruare. n. 36.
An si copia fugendi non sit absq; scandalo, te-
neatur ratam habere professionem? Propo-
nunt suadentia ad id teneri. n. 37.
Quando bona fide inualide professus est, non
teneatur ratam habere. n. 38.
Quid, quando mala fide, vt quia fide profes-
sus est. n. 39.

an teneatur superior certiorum facere nul-
litati sue professionis. n. 30.
An teneatur oblati occasione fugendi arripere
fugam, si nolit ratificare. n. 31.
An interim possit alimenta monasterij suscipere,
& suffragia, vtquam professus in electio-
nibus ferret. & prelatum admittere, vt ab-
solutione, & dispensatione, iuxta religionis
privilegia. n. 42.
An possit titulo illius professionis habens animũ
non ratificandi illam, ad ordines promoueri.
n. 43.
Solamur argumenta. n. 44.
Post. n. 45. inuenies alia summaria.

¶ Vltimo quinta. Vtrum religio-
sus professus, qui transacto quin-
quennio verè non ratificauit
professionem, & ei denegatur
audientia, & beneficium restitutionis: quia
forte nequit probare ignorantiam, aut ius-
tum reclamandi impedimentum, aut forte
illis non laborauit, & ita caret remedio
in foro externo, teneatur regulam, & vota
seruare, & eam professionem ratificare:
quod si ad id non teneatur, possit interim
alimenta monasterij recipere, suffragia in-
star professi ferre, & ad ordines sacros si-
mulo illius professionis promoueri? Et
quidem hunc tanquam non verè profes-
sum posse quocunque tempore effugere
cessante scandalo, diximus. n. 11. Quare
non teneatur ex vi votorum seruare regu-
lam, aut vota. Quod nullo voto strictius
sic, sed solum tenebitur ratione scandali
vitandi, ea in publico seruare: quot ex
non obseruantia scandalum alijs turbaretur.
Et sic de sic professio afferant. Caeter.
2. 2. q. 88. ar. 1. pauld ante finẽ, Sotus lib.
7. de iust. q. 1. ar. 2. col. 7. vers. an verò. An-
gles floribus. 2. p. vbi de voto. q. vnica. art.
1. diff. 4. Valencia. 2. 2. disp. 6. q. 6. p. 6. d. 1.
col. 6. §. ad probationem autem primam.
Azor lib. 12. institutionũ moralium c. 5.
q. 1. Aragon. 2. 2. q. 88. ar. 1. col. 16. folio
968. §. hoc posito sit prima conclusio. Ma-
nuel. 2. tomo summe. c. 52. concl. 7. n. 5. Et
ratio est, quia cum communiter reputetur
verus religiosus, & pro ea parte sic legiti-
ma præsumptio, scandalum ansem merito
preberet, pessimumque vite specimen,
ea in publico non obseruans. Ex quo fit
in rebus occultis, in quibus scãdalu om-
nino cessaret, nec ad regulam, nec ad vo-
torum obseruantiam alstringi.
¶ Potissima autem difficultas est, nõ hic,

& si non ex vi professionis irrita, saltē ad ea damna vitanda, quae ex perseverantia in religione, existimato eo verē professō, pullulant, teneatur ratam habere priorem professionem? Et ad teneri, potest ex sequentibus persuaderi. Primō, quia hic instat professorum suffragia feret, monasterij bonis aletur: ad ordines titulo professionis promovetur: dispensatio, & absolutio virtute privilegiorum religionis ipsi concedentur, & absolvetur à confessario, qui fortē solum praelati religionis licentiam ad audiendas confessiones habet, ac proinde non valebit absolutio; & iuxta religionis leges iudicabitur. Cū tamē horum omnium fit incapax, utpote qui nec verus professus est, nec quasi novitius in via ad profitemdum sit constitutus. Secundō, quia durissimum est, ac mille absurdis patēs, admittere hunc posse toto vitę curriculum sic permanere, & moraliter ferē impossibile sibi est ab illis cauere: ut ergo illa euitet, obligandus est ad priorem professionem ratificandam. Et huius sententię videtur Nauar. commentario. 4. de regularibus, numer. 74. §. aduertendū quarto, ubi ait cum fidē professis, prudenter se habiturum confessarium, & consultis visis doctoribus, quibusdam iniuriam, ut professionem ratificent, alij verō ut resiliant: supponit ergo quosdam teneri ratificare. Et id clarē videntur docere, quando non potest is professus commodē fugere, Angles, & Manuel nu. precedenti allegati: aiunt enim teneri hūc, si in eadem religione permaneat, ratificare professionem, ne malē suffragia ferat, cū verē non sit professus.

38 Sed ut meam sententiā explicem, quoties professus culpa vacauit, ut quando per metum, vel ante ætatem legitimam bona fide professionem emisit: vel non premissa informatione necessaria, iuxta motum proprium Sixti V. cuius meminimus. n. 30. (non enim ipsi, sed religioni facere incūbit,) arbitror non eum teneri ad ratificandam professionem, quod ea damna caueat, sed posse sic manere expectando commodam fugiendi occasionem. Probat, quia cū in culpa non fuerit, ut professio esset nulla, & reuera liber sit, non est compellendus ad eandē tantum onus subeundum, quod spontaneum consensum propter magnam suam perfectionem maximē desiderat. Deinde, quia etsi aliquod damnum inferat, suffragia præstando, & ali-

menta monasterij recipiendo, cui non est vitius (si enim suis obsequijs religioni necessarijs satisfecerit alimenterum valor, manifestum est nullam religioni irrogari iniuriam) at id damnū non est tanti momenti, vt quod illud refarciat, teneatur inuitus ad rem tam arduam, qualis est professio: sed alimentis satisfacere tenebitur, inseruiens religioni, si illis, vitius esse potest: sin minū, tenebitur habere animū restituendi, cū soluendo fuerit. Non enim est medium proportionatum cogi ad professionem emittendam, vt ei damno satisfiat. Sicut Doctores melius sentientes affirmant, eum qui vi professum religioni vitiosissimum extraxit, nec damnū soluendo est, non teneri eam religionem ingredi, nec se in illius obsequia mancipare, quasi hæc non sint media proportionata: sed satis illi esse dicunt, habere resistenti animū, cū res familiaris sibi suppetat. Et quantum ad suffragia ferenda, satis est vt ab illis abstineat, inquantum sine scandalo, & sua graui nota potuerit: & quando non commodē potuerit abstinerē, ne notetur, aut scandalo sit, ferat suffragia, & si nullo modo se à praelaturæ religioni illi data excusare potuerit, admittat. Quæ omnia gesta ratione publicæ professionis, aut publici officij praelati, valida erunt. Cū sit titulus præsumptus, error communis, & vitium sit occultum. Iuxta l. Barbarius. ff. de officio pratoris, quam latissimē exposuimus lib. 3. tota disputatione. 22. Et confirmatur, quia ob hanc rationem, qui voto castitatis astrictus matrimonium inuit, quanuis iam culpa sua nequeat votum obseruare, nisi ingrediendo religionem, nō obligatur ingredi, iuxta saniorē sententiā: eod quod res valde ardua sit. Præterea, quia occultus, & irregularis, nullo modo subterfugere valens, quin celebret, aut beneficium parochiale admittat, absque sui criminis occulti prodicione, potest iuxta viorē sententiā Doctorum in tractatu de excommunicatione, & irregularitate, celebrare, ac beneficium acceptare, vt eam infamiam vitet, animo vel impetrandæ dispensationis, vel ea, non impetrata, dimittendi quando commodē potuerit. Similiter ergo hic præsumptus professus omni medio delictum ad veritatem probandam, & vt possit fugere, potest eos actus professis designatos exercere, quando absque graui nota desistere

non potuerit: & vt alimentis monasterij, animo satisfaciendi, & admittere praelaturam, quando commodē absque scandalo nequit euitare. Dices huic professio esse medium, quod lux consulat famę, & ritē, ac rectē prædicta exequatur, nimirum, ratificare professionem. Non ergo prædicta licent, sicut nec liceret excommunicato, aut irregulari, qui absoluti possent. Sed facilius est solutio, quia id medium est valde arduum, & ad id non tenetur. Tandem, quia licet aliqua culpa huic professio ascribi possit, quod intra quinquennium non reclamavit, aut professionem ratam habuerit, si fortē nouit postea aditum claudendum: at non est tanti momenti hæc culpa, vt tam graui pena sit multanda: ac est cogi ad verē profitemdum: maxime cū professio fuerit ab initio irrita absque eius culpa. Ita à fortiori tenet Enriquez, cuius sententiā num. sequenti referam.

39 Quando autem culpa professi fuit professio irrita, eod quod si fidē professionem amiserit, longē vigentiū ratio videtur suadere eum teneri verē profiteri. Quod professio mutus contraclus sit, ac proinde sicut religio habuit verum animū suscipiendi hunc professum: ita ipse quoque tenebatur secundum omnes verō animo se obligandi affectus esse. Quare æquum nō est vt ipsi succurratur, eod modo quo illi succurratur, absque eius culpa professio fuit irrita: eod vel maximē quod in ceteris contradiabus, vno implente, tenetur alter contrahens implere, quanuis fidē contraxerit. At probabilis est contra Authores numer. 37. in fine allegatos, hunc non teneri verē profiteri, sed posse manere quantocumque tempore in religione, expectando fugiendi absque scandalo opportunitatem. Quod bene docet Enriquez lib. 11. de matrim. cap. 11. num. 11. litera V. Et ratio est, quia religiosus status est tanti momenti, & tam arduus, & id eod omninō desiderat spontaneum consensum, vt perfectioni acquiescere deserviat, qui eius scopus est: vnde nulla ratione, ac ob nullam culpam, quis ad illum est inuitus astringendus. Id insuper confirmari potest rationibus, quibus lib. 1. disputatione. 10. num. 26. probauimus fidē contrahentem matrimonium, non teneri verē contrahere: non sequuto alio damno notabili quod præponderet. Et ibi num. 26. satisfecimus rationi contrarię ex alijs cō-

traclibus petita. Ea dōna, quæ ex hac professione irrita subsequuntur, non præponderant coactioni ad professionem, vt nuprecedenti explicuimus.

Nec moraliter loquendo tenebitur hic si fidē professus, aut quocumque modo fit ea irrita, ad monere superiorem se non esse verum professum, quando audiri in foro externo nequit. Quod frustra fit ad monitio. Cām vix inuenitur praelatus, qui occultē, & sine scādalo possit, ac velit copiam fugiendi illi concedere, propter delictum quod ipsi praelato redundabit, non adhibenti debitam diligentiam in querendo eo religioso fugiendi, ac reuocando ad religionem. Adde vix posse euenire casum, in quo praelatus ei possit fidem habere, vt illum tuta conscientia dimittere possit: iuxta n. 14. dicta. At si probabilissima spes esset, fore vt ad monitio profertur ei effectus, & aliunde non suppeteret remedium, tenebitur vitare.

41 Ex his deducitur primō, teneri hūc inualidē professionem, aut professionem ratificare, aut oblata remota fugiendi occasione in partes remotas fecedere, vbi sine scandalo viuere possit: & teneri eam occasionem summa ope nitri. Quia sola necessitas ipsi excusat. Quæ cessat eo non fugiente cū commodē possit, nec sollicito ad opportunitatem querendam.

42 Secūdo deducitur, quibus qui verē professus nō est, nec ratificare vult professionem, peccet alimenta monasterij recipiens: vt bene docet Nauar. lib. 3. cōsil. tit. de regular. cōsil. 5. n. 13. in priori editione, at in posteriori, cōsil. 26. n. 13. & cōmentario. 4. de regular. n. 74. §. aduertendū quarto, vbi bene addit teneri etiam ad restituenda alimenta, nisi adaquantur obsequijs, quæ religioni exhibeat: quæ similiter peccet suffragia ferēs, aliosque professorum actus exercēs: vt docent Nauar. vtroq; loco proximē allegato: Angles floribus. 2. p. vbi de voto q. vnic. ar. 1. diffin. 4. Manuel. 2. tomo summae. c. 92. cōcl. 5. n. 3. & dicitur hi duo esse peccatum mortale suffragia hunc ferret non peccare tamen, dū alimentis suscipit animo restituendi valorem illorū, quæ de tracta merede de suis obsequijs debita, super sunt, quæ restituendo fuerit: & suffragia ferēdo, admittendoq; praelaturam religionis, dum non potest vitare absque scandalo, & nota animo fugiendi habita opportunitate. Quæ constant ex dictis. num. 38. vbi ea probauit. Non tamen poterit petere

à praelato religionis irrationem, aut dispensationem votorum, aut privilegij religionis sui. Quia nec est religiosus, nec ille est suus prelator. Nec similiter poterit absolui à referuatis Episcopo, aut Pontifici, nisi eo modo quo possit absolui quicumque secularis à religio illius religionis, cui fateretur: nec si ille solum praelati religionis licentiam habeat ad audiendas confessiones, potest illi fateri, sed occultè fateatur religioso, aut seculari sacerdoti approbato ab Episcopo. Et potest vitare scandalum petita licentia à superiore religionis ad fatendum alij: vel fingendo se fateri illi confessorio per ipsum solum exposito, & declarando ei sub confessionis sigillo se non posse ab illo absolui: eò quod verus religiosus non sit.

43 Tertio deducitur, quavis hic peccet lethaliter, si non ratificata professione, facris initiatur: vt bene docet Nauar. commentario. 4. de regular. num. 72. §. non obstat regula: & lib. 1. consil. tit. de his que vi, in prima editione, consil. vltimo, fins. in. 2. consil. 6. sine tùm, quia sine patrimonio, titulo professionis irrita: incitatur: tum etiam, quia literis dimissorijs legitimi praelati caret: at non peccare, nec censuram aliquam ipsum incurere, si non possit absque magna nota sacrorum ordinum susceptionem vitare. Vt si tempore professionis transacto, quo solent alij professi ad ordines ascendere, iuberet praelatus vt ipsos susciperet: & tentatis omnibus medijs non posset grauem sui infamiam vitare, eos non recipiendo. Quia licet prelatum religionis sub confessionis sigillo monuerit se non esse verum professum, illi fidem non habet, instatque vt ordines assumat: vel non vitatur nota, & infamia apud reliquos religiosos: nec potest tunc commodè fugam arripere. Cum enim ceteri religiosi, & externi, ipsum tempore ordinibus suscipiendis prescripto iuxta sua religionis morem, non initiari videant, & singularem esse in hac re, suspicabuntur aliquod graue ipsius nefas. Quod si ab Episcopo proprio velit petere literas dimissorias, per se, vel per interpositam personam, decreta ei veritate: nullus Episcopus eas concedere poterit absque patrimonio, aut legitima professione: hic autem vtroque destitutus est. Præterea, meritisimè concipiet de eo religioso sententiam opinionem: & nullus Episcopus tam mentis in ops erit, qui rem adeo arduam, &

difficilem, et torque conscientie angustijs implicatam, ne manifestè iniqua dicam, in se suscipere velit: in his ergo angustijs constitutus poterit absque metu culpa, & censuræ ordines recipere. Ducor, quod cum lex interdicens ordines sacros suscipi absque patrimonio, & literis dimissorijs, merè humana sit, præponderat illi lex diuina naturalis de cauendo scandalo, ac proprie famę consulendo. Sicut num. 38. dicebamus posse irregularem, & excommunicatū occulto celebrare. vt suæ famę consulant, quando absque illius iactura non possunt abstinere se à sacro faciendo. Et quavis huic vnicum superest remedium, quo & notam propriam, & indignam ordinis susceptionem cauet, nimirum, professionem ratificaret: cum iugum religionis tā onerosum sit ijs, qui non sua sponte illud sibi imponunt, non est astringendus ad rem tā grauem, & suę libertati contrariam, quod id illegitime susceptionis ordinis incommodum vitet, sed ratione vitandæ infamie predictæ exculabitur ab ea culpa.

Ad argumenta nu. 37. proposita constat ex dictis. nu. 42. & 43. vbi diximus excusari illum ab ea culpa susceptionis alimentorum, & ordinum, & suffragij prestandi, quando ea non potest absque nota vitare, nec tunc fugere potest.

S V M M A R I V M.

Quid no uitiatus habitus ab inualidè professione fuit validus, non est opus eius iteratione, vt rata habeatur prior illa professione. n. 45.

Quid, quando fuit irritus? Refertur quadam sententia. n. 46.

Proponitur sententia auctoritas. n. 47.

Quid, si publica esset inhabilitas illius professi, & professionis nullitas? n. 48.

Si professio fuit nulla ratione defectus: aratis, non est repetendus nouitiatus. Et quia aratis sit implendus nouitiatus, vt se validus? numer. 49.

Nec est iterandus, quando professio fuit irrita, eò quod facta sit nò impleto nouitiatus anno. n. 50.

Quid, si ratiōe metus nulla sit professio. n. 51.

Quid, si sit nulla ratiōe inhabilitas perpetue professi? n. 52.

An qui tacito morbo profectur, quo detecto, nullatenus admittetur, peccet, & sit validè professus, & possit expelli. n. 53.

An si professio sit nulla, eò quod maior sedecim annis professus sit non præmissa informatio

ne prescripta à Sixto V. si post factam informationem repetendus nouitiatus: An potius ille non irritatus sit à Sixto Quinto? num. 54.

Quid, si illegitimi admisi sint non præmissa informatione, an nouitiatus sit irritus, & iterandus in. 55.

Quid, si professio fuerit nulla ratione defectus consensus ipsius profectus? & admisi ad nouitiatum, qui scietus fuit: & an admissio ad nouitiatum requiratur consensus nouitiij, & religionis? n. 56.

Traditur norma iterandi nouitiatus absque nota, casu quo necessario iterandus esset. numer. 57.

Solummodo argumenta. n. 58.

Post. n. 59. inueniuntur alia summaria.

45 **Q**uestio sexta. An volens hic religiosus professionem à se inualidè factam ratà habere, indigeat integro nouitiatus anno iterato? Et cum professio possit multis ex causis irrita esse, nimirum, ex defectu ætatis, aut non præmissi integri nouitiatus anni, aut ratione metus, aut inhabilitatis perpetuæ, aut temporalis ad professionem, ob omisam informationem præmittendâ, iuxta motus proprios Sixti. V. & Greg. XIII. quorū meminimus n. 30. Et tandè defectu consensus professi facti. Id tanquã certum est præmittendū, quoties nouitiatus fuit validus, nulla ipsius iteratione opus est ad professionem irritam ratà habendâ. Quippe Tridentinū sess. 2. c. 15. de regular. solū decernit ad professionis valorē esse præmittendū integrū nouitiatus annū. Quod verificatur, quoties nouitiatus annus professioni præmissus fuit validus. Idq; cõstat ex Doctoribus allegandis. n. 47. & sequentibus.

46 Maior autè difficultas est, quãdo nouitiatus fuit irritus. Quia in re duplex est sententia. Prior sustinet nouitiatū iterandum esse. Dicit, quia quod nullū in se est, nullū iuris effectū operari potest: & cū semel irritus fuerit, & ad præteritū nō sit potētia, non potest postmodū effici, vt præcedens nouitiatus valuerit, ad eū effectū vt verè dicatur præmissus professioni denud faciendo. Quod ad ipsius valorē petit Tridentinū sess. 2. de regular. c. 15. Secidò, quia et si in hoc euetu cesset finis Tridentini, eò q; hic expertus sit religionis austeritates integro anno, & assumpto nouitiatus habitu: at cessat in casu particulari. Quod nō satis esse, vt obligatio legis cesset, cõmunis & verior

habet sententia. Et ita hæc sententia est valde probabilis, eamq; sustinet Nauar. lib. 3. c. 6. tit. de regular. in. 1. editione, consil. 5. n. 17. & 19. in. 2. cõsil. 26. n. 17. & 19. Manuel 2. tom. 1. summe. c. 5. no. 2. Et colligitur ex Palacios. 4. d. 27. disp. 2. columna vltima, immediatè ante verbi argumentum autem, vbi ait, si dicamus professionem coniugati absque coniugis licentia factã fuisse nullã, dicendum subinde esse oportere ad eius ratificationem nouitiatum iterari.

46 Posterior sententia (cui tanquã probabiliiori adhareo,) ait eū nouitiatū iterandū nō esse. Ducor, quoniam matrimonium semel contractū coram parochò, & testibus, irritū tamen ob impedimentū occultum, non est necessarium in parochi, & testium presentia iterandū: & id non propter Pij V. declarationē, sed ex ipsa Concilij Tridentini sess. 24. c. 1. de matrim. petentis ad eius valorē presentiam parochi, & testium, intentione. Quia ex ratione eius decreti id nunquam extensum fuit ad huiusmodi matrimonium. Ratio enim eius decreti fuit, vt matrimonium constaret Ecclesiæ, vitareturq; peccata ex clandestinis nuptijs pullulata, quæ in his matrimonijs, quæ iam semel Ecclesiæ constituerunt, & reputabantur valida, nunquam locum habuit: ac proinde nec decretum de illis loquutum est. Vt hæc omnia probauit lib. 2. disput. 57. n. 3. & 7.) Sed idè proorsus contingit in hoc euetu. Nam id Tridentinum sess. 25. de regular. cap. 15. decreuit annum nouitiatus præmittendū professioni validè, eò spectauit, vt fueret & monasterio, & ipsi monacho, illi quidem, vt mores religiosi experiretur, huic autem, vt austeritatum religionis experientiam fumeret. Vt expressè dicitur cap. ad Apostolicam, de regular. Quæ ratio in hoc euetu nunquam locum habuit, nam verè professus ille post habitum susceptum expertus est plenè religionis austeritates, in expertum nouitiorum, & religio illius mores. Cùm ergo ratio finalis illius decreti à sui initio hunc casum minime comprehenderit, vt pote in quo reperitur omnino finis inducendi anni nouitiatus, nec casus hic ab initio in eò decreto est comprehensus. Præterea, quia si ius antiquum, consulamus, ratificatio huius professionis nullatenus indigebat nouo nouitiatu. Vt constat ex capit. cum virum, cap. significatum, de regular. & cap. eodem tit. in. 6. At iura iuribus concordare oportet, & quantum minus fieri

poterit, eorum correctio est inducenda. cum expediat, de elect. in. 6. & l. vnica. C. de inoffic. dotibus. Præterea, quia Sorbus in compendio privilegiorum mendicantiū, verb. nouitius, post. 2. notabile. §. sed an requiritur integer annus, defendit religionem professū transseuntē ad aliā religionem non indigere iterato nouitiatu; eo quod aupertates religionis expertus sit: & ita explicat decretū Tridentini. d. c. 1. petentis nouitiatum, intelligi de secularibus ad religionē transseuntibus, eiusque statū minimē expertis. Quod valde confert ad hoc, a fortiori enim conferret in hoc casu nō esse iterandum nouitiatum, in quo religiosus illē iam expertus est aupertates religionis, in qua professionem ratificat. Eius tamē doctrinam minimē approbo, sed censeo religiosum professum transseuntē ad aliā religionē indigere nouo nouitiatu anno in illa, vt professio valeat. Quod bene tradit Nauar. lib. 3. consil. tit. de regular. in prima editione, consil. 5. n. 5. & consil. 49. n. 4. in. 2. consil. 61. nu. 4. & consil. 62. n. 5. & consil. 77. nu. 4. Emanuel Sa summa, verb. religio, num. 35. Manuel. 2. tomo summa, cap. 6. concl. 10. nu. 10. Et ratio est, quia debet experiri aupertates religionis, quam proficitur. & ea religio mores ipsius. Quod fieri possit, ac palsim contingat, cuidam insituro aptissimum, alteri ineptum valde esse. Pro nostra etiā sententia est Azor lib. 12. institutionum moralium, cap. 1. q. 6. §. si quæras, vbi professionē coniugis absque alterius licentia factam, dicit statim ac alter moritur, ratificari. Sentit ergo non esse opus iterari nouitiatum: cū tamen coniugatus absque coniugis licentia sit prorsus inhabilis ad ingressum: & scripsit post Tridentinum.

48 Et credo non esse iterandum nouitiatū, quāuis publica esset nullitas professionis, & nouitias, ob professi inhabilitatem. Quia licet in matrimonio, quod iā publicē est irritum, sint necessariō iteranda verba coram parcho, & testibus: at in ratificatione huius professionis non est eadem ratio, Quia finis Tridentini petentis ad matrimonij valorem presentiam parcho, & testium, non feruatur quoties publicē cōstat, prius matrimonium coram illis celebratum fuisse nullum: non enim tunc constat Ecclesie matrimonium reputatum validum. At finis Tridentini petentis præmitti professioni annum nouitias, nimirum, experiri aupertates religionis, ac

ipsius religiosi mores, æquē seruatur, siue prior professio, & nouitias irrita fuerint ob impedimentum occultum, siue ob publicum.

49 Ex dictis deducitur primō, professione existerē irrita defectu gratis, vt quia ante decimum sextum annū completum emissā est, contra decretum irritans Tridentini sels. 25. de regular. c. 15. non esse necessarium ad eius ratificationem annum nouitias iterari. Ratio est, quia attento iure communi, (vt videtur supponi in Clementin. eos. de regular. iuncta Glossa verbo, ætate,) desiderabatur pueritas completa, nec malitia supplebat ætatem, scilicet, in femina duodecimū annus, in maribus decimus quartus, vt legitimē inciperet annus nouitias, ita vt quātis ante ætate admitti quispiam posset ad religionem, at verus nouitias nō inciperet esse, donec eam expletet. Vt bene docet Anton. 3. p. tit. 16. c. 3. §. 2. Rosella verb. nouitias. n. 9. vbi Angel. n. 1. Tabiena. n. 2. q. 1. Armilla. n. 1. Sylu. religio. 2. q. 12. & religio. 5. q. 1. Antonius Cucus lib. 3. institutionum maiorum. tit. an. 66. & sequenti. Et ratio est, quod annus ille nouitias iure concessus sit ad aupertatatum religionis difficultates experientias, inter quas supremum locum obtinet castitatis obseruatiā, cuius difficultatē impuberes minimē feriant. Nec id correctum est per Tridentinum sels. 25. de regular. c. 15. Solam enim professionem ante decimum sextum expletum factam irritat: quare non interdixit incipi, & compleri nouitiatum ante eam ætatem sedecim annorum. Vt bene tradunt Nauar. lib. 3. consil. tit. de regular. in prima editione, consil. 30. n. 1. in. 2. consil. 20. nu. 1. Enriquez lib. 13. de excom. c. 40. num. 2. sine. Azor lib. 3. institutio num. moralium, cap. 4. quest. 9. Emanuel Sa summa, verb. religio, num. 21. Sorbus in compendio privilegiorum mendicantiū, verb. nouitias, notabili. 4. a quo tamen cauendum est, in quantum ait hoc esse correctum per motum propriū. Sixti vero cuius n. mer. 30. meminimus, vbi statuit, nullum sedecim annis minorem ad religionem admittendum esse. Sed deceptus est, quia Sixtus vid. minimē statuit, sed maiores sedecim annis admittēdos minimē esse non præmissa morum, & vitæ ipsorum informatione. Ex quibus omnibus constat valere omnino nouitiatum post pueritatem ineptum, & impletum ante

decimum sextum annum. Cū igitur nouitias ille professioni præmissus, fuerit omnino validus, nulla indiget iteratione. Et huius sententia est aperte Nauar. lib. 3. consil. tit. de regular. in prima editione, consil. 46. num. 2. in. 2. consil. 27. num. 2. vbi ad ratificandam professionem ante legitimum ætatem factam, solum petit, vt cōpleta ætate professus ille priorem professionem ratificet, non mutata priori religionis voluntate acceptandi. Quāuis idē Nauar. nu. 51. allegandus videatur clarē oppositum sentire.

50 Secundō deducitur, nō esse iterandum nouitiatum, quod non fuerit præmissus anno integro professioni: sed sufficit professionem illam ratificari completo tempore, quod deerat illi anno. Quia nullum vitium in nouitiatu interfuit, nec quicquam refert illum expletum esse professionem habitu assumpto. Et ita videtur expressē supponere Palacios. 4. d. 38. disputatione. 1. columna. 33. folio. 82. 4. pagina. 2. in fine, quāuis Nauar. numero sequenti allegandus videatur clarē oppositum sentire.

51 Tertiō inferitur, existente professione nullarationē metus, non esse opus iterationis anni nouitias. Quia verē religio admisioni huius nouitias consentit, & ipsē nouitias voluntatem habuit ingrediendi ad experientiam, licet coactam: nec ius canonicum irritat huiusmodi nouitiatum, sed solam professionem. Nec est eadem ratio de ingressu in nouitiatum, ac de professione. Quippe hæc semel valida dissolui non poterat, nec iniuri illata reficiri: quod fecus se habet in nouitiatu. Præterea, quia annus ille est ad experientias aupertates religionis, quas non minus, sed magis experitur, qui metu ingressus est. Et hoc credo verum, quāuis Nauar. lib. 3. consil. tit. de regular. in secunda editione, consil. 89. num. 3. videatur clarē oppositum sentire, ait enim eum, qui professionem emisit inuolidam, ob ætatis, aut anni integri nouitias defectum, aut quia metu professus est, non esse iterari tacite profiteri, nisi postquam sciuit professionem esse nullam, & persistat integro continuo anno in religione, animo ratificandi illam.

52 Quariō inferitur, cū professio valore caret ratione inhabilitatis perpetuæ presentis, si impetrata dispensatione habilis esse sit, veli priorē professionem iterari.

tam ratificare, necessarium esse repeti integrum nouitias annum, iuxta priorē sententiam numer. 46. relatum: quā ibi valde probabilem dixi. Quia cū ille fuerit inhabilis, defuit consensus in recipientibus, & licet illi reuera consensu impediens non sentirent receptioni in nouitiatum, defuit potestas valdē consentendi: defuit etiā validus nouitias consensus, vt potest qui incapax erat. Ad validum autem nouitiatum desideratur consensus nouitias, & religionis, sicut & ad validam professionem. Vt bene docet Nauar. lib. 3. consil. tit. de regular. in prima editione, consil. 5. num. 17. in. 2. consil. 26. num. 17. At iuxta sententiam, quā numero 47. amplexi sumus, non est necessaria nouitias iteratio. Propter rationes ibi propositas.

53 Quintō inferitur, quando non extat statutum à Pontifice confirmatum efficiens inhabilem professum tegentem morbum, vel aliud vitium notabile, licet admittus non esset eo cognito, nec professionem, nec nouitiatum iteranda esse, sed sufficere valida. Vt si quis morbo Gallico laborans eo tacto reciperetur in religionem, nullatenus eo cognito admittendus, non existentis statuto prædicto inhabilem eum reddenti, valeret professio, nec hic teneretur egrediendi licentiam petere, sed solum de culpa admittenda dolere, quā Nauar. statim allegandus mortalem esse putat. Posset tamen religio ipsam in penam culpæ sic admittē expelleret. Ita docet Nauar. lib. 3. consil. tit. de regular. in prima editione, consil. 25. num. 2. & 3. in. 2. consil. 48. numer. 2. & 3. Manuel. 2. tomo summa, capite. 6. numer. 3. Sorbus in compendio privilegiorum mendicantiū, verbo, nouitias, post. 7. notabile. §. quintō principali. ter. Vega. 2. tomo summa, capite. 30. casu. 4. Et posse hunc expelli docet etiā Emanuel Sa summa, verb. religio, numero. 34.

54 Sextō inferitur, quid dicendū sit, quando professio fuit nulla defectu non præmissæ informationis à Sixto. Vt quādo maior sedecim annis proficitur, & in nouitiatum ingreditur, petit? Pendet enim questio ex cognitione, an ex eo defectu reddatur non sola professio, sed etiā admittitio ad nouitiatum irrita. Placuit enim quibusdam iunioribus, vtrumque irritari. Et ita recenta hæc sententia, dicendum est.

sec iuxta probabilem opinionem num. 46. septimam, ite adum esse nouitiam, tanquam irritum. Secus iuxta nostram sententiam. n. 47. postea. Ducuntur autem ad sententiam, irritam quoque nouitiam. Quod Sixtus V. in priori motu proprio. s. ceterum quoniam, hos non aliter recipi posse, nisi præmissa informatione statuerit. Quæ negatio adiecta verbo, posse, reddit actum omnino nullum. Vt probauit lib. 6. disput. 38. num. 20. Et paulò infra, idem Sixtus V. sic ait. *Si qui eorum contra nostram constitutionem admitterent, tam susceptio habitus, quam professio nullius valoris existat.* Et ita tenet Sorbus in compendio priuilegiorum mendicantium, verb. nouitius, notabili. 4. Sed verius est non irritari nouitiam, sed solam professionem. Quia ea verba motus proprii, vt non possint prædicti recipi, nisi præmissa informatione, intelliguntur de vera receptione, quæ per professionem fit. Id enim est potissimum receptionis significatum: & præterea, cum verba pœnalitæ sint, ac iuris antiqui correctoria, sunt vtique restringenda. Eò vel maxime, q̄ in eodẽ. s. ceterum quoniam, paulò inferius, agens de informatione præmittenda receptioni maiorum sedecim annis, sic ait. *Plena, & indubitata fide facta, tam superioris generalis, vel prouincialis, quam difinitorum consensu approbati, & ad habitum regularem admitti fuerint.* At habitus regularis verè est habitus professorum, per quem verus religiosus quispiam efficitur. Et verba, quæ inferius subiungit proximè relata, quæ clarè irritant professionem, & nouitiam, apertè intelliguntur de proximo membro in eo motu proprio relato, nempe, de criminosis, ac aliis no grauat, aut reddendis rationibus obnoxii, quos proximè ad religionem perpetuò inhabiles reddiderat: ac proinde nouitiam, & professionem decidit esse nullam. Quòd si dicas, clausulam in sine positam ad omnia præcedentia referri. At præcesserat eos inhabiles nõ admittendos esse: nec sedecim annos maiores absq; informatione. Dic clausulam in sine positam tunc ad omnia præcedentia referri, quando in omnibus illis eadem iubet ratio. (Vt probauit lib. 6. disputatione. 22. numer. 19.) Quod aperte hic deficit. Quia illi criminosis, & are aliena, ac reddendis rationibus grauari, erant affecti in eo motu proprio inhabiles perpetuò tam ad nouitiam, quam ad professionem.

& idèò vtramque cassum fuisse Pontifex declarat: at maiores sedecim annis nullo eo vitio laborantes, sunt ad vtrumque habiles: vnde non est, cur nouitiam irritetur, si postea informatione facta non reperiantur inhabiles. Quare valere eum nouitiam sustinet Manuel. 2. tomo summa, cap. 4. numer. 7. concludens, si aliud vellet is motus proprius, non esse eum receptum quoad hoc: sed solam vnde dicit informatio professionem antecedit. Ex his ergo consequens est, vt ad ratificandam professionem eorum, qui post sedecim annos habitum nouitiorum receperunt, & nondum præmissa informatione sunt professi, non desideretur iteratio nouitiam. Quia prior fuit legitimus. Sed factis erit, vt facta informatione professio rata habeatur.

Imò quando illegitimi non ex facili, aut incestuoso concubitu nati, recepti sunt non præmissa dicit informatione, existimo nouitiam fuisse validam. Atque ita Manuel num. præcedenti allegatus loquitur indistinctè. Quare præmissa postea informatione, quam petunt Sixtus V. & Gregorius XIII. in suis motibus propriis, non erit necessaria iteratio nouitiam. Ducor, quia Sixtus V. in suo motu proprio. s. quoad reliquos verò, solùm irritat professionem eorum. Ibi si quis autem eorum, aliàs quam vt præfatur, recipitur, professio similiter nulla sit. Et licet statim iubeat habitu priuandos, ac expellendos: id tamen intelligi debet, nisi velint præmissa informatione denudò profiteri, inuentis qualitatibus per eos motus proprios petitis. Si autem ex incestu, vel sacrilegio geniti sint, tunc existimo nouitiam fuisse irritum. Quia Sixtus V. in eo motu proprio. s. ne igitur contingat, expressè dicit susceptio nem habitus, & professionem horum irrita esse. Et Gregorius XIII. non omnino correxit hunc motum proprium, sed tantum decreuit, vt præmissa quadam informatione capaces essent. Ergo ea non præmissa iudicandum quoque est, habitus nouitiorum susceptio nem irritam esse, iuxta prioris motus proprii decisionem. Quare sustinendo prior sententiam relatum num. 46. repetendus est nouitiam, vt possit professio ratificari ete nra relata num. 47. id opus non est. Vltimo inferitur, quòd professio fuit nulla defectu veri consensu profectis, vt si

fiat professus sit, eum non indigere nouitiam iteratione, vt ratificet professionem: & hoc iuxta vtramque opinionem. Quia cum ingressus sit vero probandi animo, nullum in nouitiam vitium reperitur. Quòd si si animo ingrederetur, solùm vt religionem illuderet: tunc nouitiam non valeret. Quia duorum consensu indiget. Vt diximus numer. 52. Quare iuxta primam sententiam, iterandus esset ad ratificandam professionem. Secus iuxta nostram sententiam.

Tandem si quis vellet priorem opinionem amplectens iterare nouitiam, vt vel sic tutior esset ratificationis professionis valor, esset facile remedium, ne cū infamie nota repereretur, sub sigillo confessionis vitio superiori detecto, petere vt ipsam denudò admittat ad nouitiam peragendum inter ceteros professos, habitu eorum gestato. Quòd si non sufficiat consensus prelati ad nouitiam admissionem, sed desideretur simul conuentus consensus, potest petere prelatum conuentus suffragia, tacito professi nomine, & explicata prioris professionis nullitate. Vel potest, vt id necessarium non sit, ac conscientia pacetur, impetrari secretò Pontificia dispensatio nouitiam supplens.

Ad argumentum num. 46. proposita respondetur. Ad primum dic, Sicut matrimonium contractum coram parochio, & testibus, irritum propter aliquod impedimentum occultum, non dicimus esse omnino nullum, est enim validum quoad presumptionem Ecclesie ignorantis impedimentum, & sic non iudicatur de illo, ac si omnino factus non fuisset, quoad iterandam solemnitate parochi, & testium, sed solùm quoad iterandum contractum. Ita eum nouitiam non esse omnino irritum, sed quoad hoc, vt ille coram Deo non fuerit nouitiam verus, priuilegijsque nouitiorum gaudens: at fuisse validum quoad eum effectum, vt verè expertus sit religionis austeritates, & religio experta sit eius mores, qui est finis animi nouitiam, & proinde iterandus non sit ad ratificandam professionem. Ad secundum constat ex dictis. nu. 47. vbi non defendimus nouitiam iterandum mihi esse, eò quòd cesset in hoc casu finis decreti Tridentini: sed quia finis illius decreti nunquam hunc casum comprehendit: ac subinde nec decretum ipsum. Quam diffidentiam in exemplo matrimonij ibi ad-

duci latius explicuimus, & probauimus lib. 2. disp. 37. n. 3.

SUMMARIUM.

VT ratificetur professio irrita, opus est, vt professus nouitiam professio fuisse irritam, & velit ex tunc valere n. 59. Quando profectus erat habilis, at professio fuit irrita, defectu consensus profectis sic est, an exigatur noua superioris acceptatio, vt professio illa rata habeatur n. 60. Quid, quando professio fuit nulla ratione metu n. 61. Quid, quando professio erat inhabilis, sive perpetuò, sive temporaliter? Referuntur dua sententia. n. 62. & 63. Proponitur sententia a authoris. n. 64. Traditur mediū vt absque nota habeatur noua acceptatio. n. 65. An sint ceterum solite adhiberi in professione repetenda. n. 66. An possit hic professus retineri locum, & reliqua priuilegia sua antiquitati correspondentia? Referuntur quadam sententia. numero 67. Proponitur authoris sententia. n. 68. Post numer. 68. inuenies omnia summaria, quæ desiderantur.

VESTIO Septima. An ad ratificandam professionem irritam desideretur nouus consensus ipsius professi, nouaq; acceptatio superioris religionis, præcedente in vtroque scientia nullitatis prioris professionis: ac sint repetendæ ceterum solite: ratificataq; professione possit ille professus retinere locum, ac cetera priuilegia antiquitati prioris professionis irritæ correspondentia? Et vt à notioribus incipiamus, manifestum est, ad veram prioris professionis irritæ ratificationem, & vt ea conualescat, desiderari, vt professus sciens fuisse nullam, ad eamque minime obligari, eam ratam habeat, volens vt ex tunc efficac, ac firma sit. Quare quantumcunque tempore exerceat actus quoscunque professorum, ac professionem ratificet ignarus illius nullitatis, ea nõ vires resumet, nec is verus professus efficitur. Quòd latè probauit similibus quibusdam adductis, lib. 1. disput. 16. nu. 7. & lib. 2. disp. 36. nu. 3. & similiter eò eandem rationem dixi aliquibus Doctoribus allegatis hoc, 7. lib. disputatione. 6. numer. 9. non censeri ratum haberi ordinem metu

assumptum, per ipsius exercitium, dū ex-
centem latebat se ad ordinis obseruantiam
non astrictum esse. Et ita colligitur ex Ca-
retano. 2. 2. quæst. 89. artic. 5. pauld post
principium. Et docent Nauar. summa, cap.
12. num. 71. & commentario. 4. de regular.
num. 74. § aduertendum quarto. Et lib. 1.
consil. in prima editione, tit. de his quæ
vi, consil. 5. num. 8. & lib. 3. tit. de regular.
consil. 5. num. 15. & 18. & consil. 39. nu-
mer. 4. & consil. 35. sine. & consil. 37. nu-
2. & consil. 44. num. 4. & consil. 96. nu. 1.
& in secunda editione, lib. 1. tit. de his quæ
vi, consil. 4. num. 8. & lib. 3. tit. de regular.
consil. 17. sine. & consil. 23. numer. 2. &
consil. 27. num. 4. & consil. 26. nu. 15. & 18.
& consil. 29. nu. 1. & consil. 28. sine. & cō-
sil. 34. num. 4. & consil. 89. nu. 3. & 5. Az-
zor. lib. 12. institutionum moralium. c. 4.
quæst. 7. Sorbus in compendio priuile-
giorum mendicantium, verb. nouitius, no-
tabili. 4. Grassi. 1. p. decisionum. lib. 3. c.
5. Manuel. 2. tomo summa. c. 5. n. 2. & c. 8.
concl. 4. n. 5.

60 Tota autem difficultas est, an deside-
retur quosq; noua monasterij acceptatio? Et
cūm posset proficiens esse habilis, & ex
alio defectu, vt consensus, aut ratione me-
tus prof: sio sit irrita: aut quia inhabilis
est. Quando proficiens erat habilis, ac pro-
fessio fuit irrita defectu veri consensus, eō
quōd fidei professus sit: at sit necessaria ad
eius ratificationem noua quoque accepta-
tio superioris cōfeci nullitatis prioris pro-
fessionis: pendet decisio ex simili questio-
ne, in matrimonio carnali: nempe an con-
tracto matrimonio inter personas habiles,
quarum altera fidei consentit, vt id ma-
trimonium conualecat, sit quoque neces-
sarius nouus consensus alterius coniugis,
qui legitime conferat. De qua questio-
ne lateg lib. 2. disp. 32. Et cūm sit pro-
babile requiri nouum consensum alterius
coniugis: vt ibi num. 8. probauit, simili-
ter dicendum est, esse probabile desidera-
ri nouam monasterij acceptationem, cog-
nita prioris professionis nullitate. At cūm
ibi num. 9. tanquā probabilis sequuti
simus, non exigi nouum consensum alte-
rius coniugis, cuius consensus fuerat legi-
timus: ita in præfenti verius est, quando
professus erat habilis ad profitendum,
vt pote qui nullo virio dirimentis labora-
bat, & anno professionis expleto, legiti-
mamque ætatem adeptus fecit profesio-
nem, an irrita fuit prof: sio ex defectu cō-

sensus fidei ipsius, non desiderari nouam
religionis acceptationem, sed satis esse, vt
ipse professus verè conueniat, licet inter-
nè, & quocunq; tempore transacto, dimo-
ddū superior, qui professionē acceptauit, nō
reuocari cōsensum. Quod latius probauit
d. disp. 32. n. 9. & 14. argumēto deducto ex
matrimonio carnali, in quo multos Docto-
res id asserentes allegauit. Et id expressè te-
net in professione Emanuel Sa in summa,
verb. religio. nu. 23. vbi ait, professionem
eam ratam effici consensum prof: sio super-
uenienti. Et id supponunt Angles florib.
2. p. vbi de voto. q. vnica, art. 1. diffi. 4.
& Manuel. 2. tomo summa. cap. 92. con-
clus. 5. n. 6. vbi inquit teneri hunc secre-
tō profiteri, si nequeat abique scandalo
fugam arripere. Et à fortiori id docēt Do-
ctores num. sequenti citandi.

Idem censendum est de eo, qui metu ca-
denti in virum constantè professus est, cū
aliās esset habilis. Cū enim nullū vitium
in consensu acceptantis interferuit, sed ex
parte sua firmus, & validus extiterit, fa-
tis est, vt ea prof: sio irrita conualecat,
accedere liberi prof: sio consentum, quōd
sensus nullitatem prioris velit eam ratam
habere. Quod etiam probauit lib. 2. disp.
32. num. 14. Et probatur ex cap. ad id, de
sponsal. vbi dicitur matrimonij ob me-
tum irritum, valorem resumere per spon-
taneam pasci cohabitationem, nec fit men-
tio noui consensus alterius coniugis, qui
sponte sua illum præstiterat. Et tenent
expressè in professione Nauar. lib. 3. ti-
tul. de regular. in priori editione, con-
sil. 24. numer. 1. in posteriori, consil. 50.
numer. 1. At probabile quoque est, con-
trarium, nempe, desiderari nouum con-
sensum superioris, vt dixi numero præce-
denti.

62 Grauior autē difficultas est, quādo neuter
consensus fuit legitimus, ratione inhabi-
lilitatis prof: sio ad profitendum, siue in-
habilitas sit temporalis, siue perpetua. Vt
quando expleto nouitatus anno, vel ante
sedecim annos completos, emissus fuit. In
quibus euentibus omnino cassatur pro-
fessio in Tridentin. sessione. 25. de regu-
lar. capite. 5. & est illegitimus tam con-
sensus prof: sio, quā monasterij ac-
ceptantis: sicut quādo matrimonium est
clandestinum, consensus vtriusq; coniu-
gis in matrimonium est omnino irritus ra-
tione inhabilitatis temporalis ad sic con-
trahendum inducitur per Trident. sess. 24.

de

de matrim. c. 1. Similiter quādo prof: sio
facta est à quibuscunq; filijs legitimis, vel
à legitimis maioribus sedecim annis, iuxta
motus proprios Sixti V. & Gregor. XIII.
quorum meminimus disput. hac. n. 30. Cō-
sistit ergo difficultas in hoc, an postquam
cessauit impedimentum, vt quia iam exple-
ta est ætas, aut integer annus nouitatus cō-
pletus est, vel informatio facta est: vel si
fuit impedimentum perpetuò inhabilitas,
id cessauit per Pontificiam dispensationē,
vt ea prof: sio irrita conualecat, satis sit
nouus consensus prof: sio, vel desideretur
quoque noua religionis acceptatio scien-
tis nullitatem prioris? Et loquendo de im-
pedimentis, quæ ad tempus reddunt inha-
bilem quempiam ad profitendum, qualia
sunt defectus ætatis, & integri anni proba-
tionis, Nauar. lib. 3. consil. tit. de regular. in
1. editione, consil. 35. nu. 3. & consil. 46. nu. 2.
in 2. consil. 27. num. 2. & consil. 28. num. 3. &
Grassi. 1. p. decisionum, lib. 3. c. 5. num. 24.
asserunt sufficere vt conualecat prof: sio,
ratificationem ipsius prof: sio absq; noua
superioris receptione. Idq; probat Nauar.
et quōd prof: sio ob metum irrita sola ra-
tificatione ipsius prof: sio vires resumat. Et
faciunt pro eadem sententia, Manuel. 2. ro-
mo summa. c. 8. concl. 4. nu. 5. & Sorbus in
compendio priuilegiorum mendicantiū,
verb. nouitius, notabili. 4. vbi aiunt profes-
sionem irritam instaurari, si prof: sio nulli-
tatis professionis consensum eam ratam ha-
beat. Idemq; asserent omnes hi Docto-
res, quando informatio in illegitimo: um
receptione, aut legitimorum maiorum se-
decim annis, non præmissa est. Cū id quo-
que impedimentum sit ad tempus inhabi-
litans, nempe, donec informatio præmitta-
tur. At de impedimentis perpetuò inhabi-
litantibus conferent, oppositum, ipsemet
Nauar. Palacios, & Manuel, quos, num. 46.
retuli, dum in eo casu petunt iterari noui-
tatum, ne dum id diceret de noua ad pro-
fessionem admisionem.

63 At in contraria sententia est Azor lib.
12. institutionum moralium. c. 4. q. 7. vbi a-
gens de eo, qui ante annum nouitatus ex-
pleto prof: sio est, ait desiderari vt ea pro-
fessio firma reddatur. superioem consensū
nullitatis prioris professionis ipsam de-
nuò admittere: atq; subinde idem diceret
de omnibus alijs impedimentis, siue perpe-
tuò, siue ad tempus inhabilitantibus. Et ve-
rè est ratio vrgentissima pro hac sentētia.
Quia eadem est ratio de matrimonio carna-

li, & de spirituali quoad hoc: vtrumque e-
nim contractus est mutuos desiderans tra-
ditionem vnus, & acceptationem alterius.
At vt matrimonium irritum ob contrahe-
ntium inhabilitatem conualecat, necessa-
rius est nouus vtriusq; consensus scientis
prius matrimonium fuisse nullum, vt latif-
simè probauit lib. 2. tota disp. 35. & sequen-
ti. Ergo idem est in ea professione, Et cō-
firmatur, quia id eōd id cōtingit in matrimo-
nio (vt ibi probauimus), quōd neuter con-
sensus ex se validus fuerit, vt pote qui in
personam inhabilem ferebatur, & manen-
te ignorantia nullitatis prioris matrimo-
nij, nouus consensus non præstatur ad
id denud celebrandum, sed solum ad vali-
dum existimatum ratum habendum, ac
proinde vterq; consensus, qui à principio
desiderabatur, est renouandus cognita nul-
litate, vt vel sic animus sit denud ineundi
matrimonij. At hac ratio omnino militat
in professione, vt quæ liberum profiten-
tis, & recipientis, consensum desiderat:
& prior vtriusq; fuit omnino irritus, tan-
quam præstus circa personam inhabi-
lem: & si duranti eadem ignorantia ratificetur
à superiori prof: sio, ea ratificatio non
est noua acceptatio, qualis desiderabatur.
vt denud inciperet efficax esse, sed est con-
firmatio præcedentis, quæ nulla erat. Re-
quiritur ergo nouus vtriusq; cōsensus cog-
nito prioris professionis vitio. Et amplius
confirmatur, quia non minus desideratur
ad valorem professionis traditio profiten-
tis, quā acceptatio superioris, vtrumque
enim est de eius essentia, imò potior pars
essentiæ est acceptatio, quæ est forma tra-
ditionem peticiens. Si ergo secundum om-
nes (vt n. 59. diximus) vt ea prof: sio irri-
ta reuiuiscat, exigitur noua traditio pro-
f: sio, cur non idem censendum erit de noua
superioris acceptatione? Et ita hac sentē-
tiam amplexus sum lib. 2. disp. 35. nu. 4. vbi
dixi idem dicendum esse, quod de matrimo-
nio. De quo dixi eodem lib. disp. 36. n.
4. multo probabilis esse desiderari nouum
vtriusq; consensum cognita matrimonij
prioris nullitate. At dixi num. 8. non esse
adeo improbabile oppositum, quin quan-
do graue damnum timeretur, posset ample-
cti sententia asserens non opus esse intima-
ri alteri coniugi prius matrimonium esse
nullum.

64 At quāuis præcedens sententia ratio-
ni conformior, tutior, ac probabilior sit.

exi.

existimo esse probabile, & tutum in praxi, quod Nauar. & alij citati. n. 62. existimant, nimirum, non esse opus noua acceptatione ipsius religionis, sed satis esse, si professus ille sublato iam impedimento, & consensu nullitatis prioris professionis ratificet. Nec discrimen inuenio, siue impedimentum ad tempus, siue in perpetuum inhabilitat. Eadem enim est ratio, nam tam inhabilis est eo tempore, quo professus impedimento temporali inhabilitatur, quam est perpetuum, dum impedimentum est perpetuum. Ducor, quia quauis negari non possit desiderari nouam acceptationem cum scientia nullitatis prioris professionis. At ea habetur a Pontifice. c. significatum, de regular. c. 1. eod. tit. in 6. dum ibi decernunt Pontifices professionem irritam defectu legitime ætatis, conualescere per ipsius professi ratificationem, vel delationem animum habitus professorum. Atque proinde Pontifices vt pacè, ac tranquillitati religionis, & ipsorum religiosorum confulerent, tanquam supremi religionum generales acceptantur professionem illam, per solam ipsius professi ratificationem. Et confirmatur, quia Tridentinum sess. 25. de regular. c. 19. tractans de professione irrita defectu ætatis, vel quacumq; alia ex causa, præsumpti eam ratificari per taciturnitatem quinquennij, exercendo adus professorum, & gestando eorum habitum, ac proinde clausit reclamandi aditum: (vt diximus nu. 9. & 16.) & hoc absq; religionis nouo consensu, & scientia nullitatis prioris professionis. Ergo supponit Ecclesiam nomine religionis acceptare. Ac per hoc cessant obiectiones in contrarium adductæ. n. præcedenti. Est enim diuersa ratio de matrimonio, (vt bene dixit Petrus de Ledesma de matrim. q. 45. art. 3. in solutione ad vltimum.) nam Ecclesia non potest acceptare matrimonium nomine alterius coniugis. Nec potest etiam supplere consensum, & traditionem ipsius professi, vt professio reddatur valida (vt probauimus hoc lib. 7. disp. 34. nu. 16.) At potest professionem nomine religionis acceptare. Quod sit supremæ generalis omnium religionum. Sed obijcies, sicut induxit professionem tacitam, per quam ratificaretur prior professio irrita: ita & consensum tacitum, per quem prius matrimonium metu matum conualescit, nimirum, ex diutina habitatione præsumptum. c. ad id, de sponsal. & ita nulla videtur discriminis ratio inter matrimo-

nium, & professionem. Sed die id fecisse Ecclesiam in matrimonio personarum habilitum, quod nullum erat ex vitio extrinsecò existentem in altero coniuge solo, ad cuius ratificationem non erat necessarius consensus vtriusq; coniugis consensus, sed solus metum passus: vt etiam contingit, quando alter scitè consentit. At quando coniux erat inhabilis, est necessario vtriusq; consensus innouandus (vt differentiam hanc explicui lib. 2. disp. 32. nu. 9. & disput. 36. nu. 2.) Quare cum Pontifex nequeat supplere alterutrum coniugis consensum, non potest inducere nouum tacitè, aut expresse ratificandi modum, sine scientia vtriusq; coniugis, & tacita, aut expressa voluntate amborum ratificandi. Sicut potest in professione supplere religionis consensum, ac nomine ipsius etiam renitentis, ne dum ignorantis, acceptare: statuendo (vt statuit in textibus allegatis,) professionem irritam conualescere per solus professi ratificationem.

Quod si quispiam professus vt tutius suæ conscientie prouideat, velit adesse nouam acceptationem, facile vi potest eo medio quod nu. 57. proposuimus, ad iterandum nouitatum. Et ne forte superior nolens eum professum, consensum reuocet, prius ipse ratificet: quod iuxta opinionem probabilem, nu. præcedenti relatum satis est, vel nõ proponatur superiori religiosus, sed tacito nomine proponatur casus per interpositam personam.

Id tamen fatendum est vtriusque sententia amplexa, & cæremomas solennes ex regulari præscripto, aut consuetudine adhiberi solitas in professione, non esse repetendas. Cùm non sint de ipsius substantia, & semel iam adhibite sint, eò vel maxime, qd non possent absque nota iterari. Et in simili de matrimonio, quod fuit irritum, & occultata dispensatione habita ratificatum, nõ esse repetendas nuptiarum benedictiones in matrimonio priori irritò adhibitas, probauit lib. 2. disp. 37. n. 13. & in proprijs terminis huius professionis docet Azor lib. 12. institutionum moralium. c. 4. q. 7. fine. & clarè videtur sentire Nauar. lib. 3. consil. tit. de regular. in 1. editione, consil. 46. nu. 2. in. 2. consil. 27. nu. 2. dicens non oportere, vt hic denuò publicè profiteatur.

Tandem meritò dubitabit quispiam, an hic professus possit tuta conscientia retinere locum, ac cætera privilegia antiquitati prioris professionis irritæ debita. Ratio

dubi.

dubitandi est. Quod ex tempore ratificationis incipiat esse verus professus, vt ex se constat, & docet Nauar. lib. 3. consil. tit. de regular. in 1. editione, consil. 46. nu. vltim. in 2. consil. 27. nu. vlt. vbi etiam tetigit hanc difficultatem, sed breuissime, & de sola fede antiquitatis debita egit, dixitq; posse ea gaudere, quando bona fide putarat se professum, & superuenienti mala fide ratificauit, argumento multorum, quæ de effectibus bonæ fidei, & de euitatione scandali, & de rei modicitate adduci possent.

Sed breuiter dico, siue bona fide, siue mala, in ea irrita professione persisterit, si de scitis tempore preterito loquamur, quod solus professus existimatus erat, nil teneri eum reparare. Quippe omnia illa valida fuerant (vt probauit nu. 38.) Si autem de in posterum faciendis sermo sit, si ratione antiquitatis existimata professionis aliquid sibi competat, quod in præiudicium alicuius momenti religionis, aut religiosorum cedat, tunc existimo eum teneri secretè pro foro conscientie dispensationem impetrare, vt id retineat: interim tamen dum procurat, vel si commode procurare nequeat, non teneri eum nota ab ijs abstinere, sed solus quando absque nota possit, vt constat ex dictis nu. 38. si verò competentia ratione dictæ antiquitatis sint modici momenti, vt priorem locum occupare, prius ferre suffragium, & alia huiusmodi, nõ credo eum compellendum esse ad procurandam dispensationem. Quia rei modicitas id persuadet.

S V M M A R I V M.

Coniugatus professus sine valida coniugis licentia, non comprehenditur sub decreto Tridentini sess. 25. de regula. c. 19. sed potest quandoq; durante coniugio reclamare. nu. 69. An cessante coniugio vt ratificet, desideretur scientia nullitatis professionis, iteratus non iuratus, & noua superioris acceptatio, & an repetenda sint cæremomas. Et possit obtinere locum, & privilegia antiquæ professioni irritæ debita, & dicenda sint omnia de hoc, quæ dicuntur de non legitime professis, dum nõ ratificauit, vel postquam ratificauit. n. 70. Si impedimentum coniugij duret toto quinquennio, vel partem, quando liceat reclamare. nu. 71.

Væstio vltima. Quando coniux sine valida licentia coniugis professus possit reclamare cõtra professionem, an quinquennij præ-

scriptum in Tridentino sessione. 25. capiti 19. de regulari procedat in hoc euentu? Et quid exigatur vt professio huius valere incipiat? Prima conclusio sit, coniugatus hie durante coniugio non comprehenditur sub decreto Tridentini sess. 25. de regulari. cap. 19. præscribenti quinquennium ad reclamandum contra professionem, sed eo durante locus erit reclamationi. Quia est inhabilis ad profitendum validè absque valida alterius coniugis licentia, vt constat ex dictis tota disp. 34. & 35. At inhabiles non comprehenduntur sub eo decreto, vt probauimus hac disput. nu. 34.

Secunda conclusio. Cessante impedimento coniugij, eò quod coniux relictus in seculo consensum præbet, aut fornicatur, altero existenti innocente, aut vitia fundus est, vt ea professio quæ irrita erat conualescat, necessarius est ratificatio ipsius professi, cognita prioris professionis nullitate: iuxta dicta, numer. 59. non tamen desideratur nouitatis iteratio, iuxta probabiliorum opinionem, quam amplexi sumus. numer. 47. quauis oppositum sit probabile, vt numer. 46. diximus, nec desideratur noua acceptatio religionis scietis prioris professionem. Nullè irritam, iuxta probabilem sententiam propositam, numer. 64. secus iuxta probabiliorum reclamationem. 63. Et hæc quidem procedunt reuera nostra sententia, quam disp. 34. numer. 16. & 18. vique ad 22. & disp. 35. numer. 7. 11. & 15. defendimus, nimirum, professionem factam à coniuge absque spontanea licentia, vel metu, & dolu, alterius coniugis, adeò irritam esse, vt non conualescat alterius consensu, aut morte, nisi ipsemet coniux, professus tunc eam ratam habeat. Et de repetendis cæremomij in ratificatione huius professionis: & de retinendis loco, ac privilegijs debitis antiquitati prioris professionis, dicenda profus sunt, quæ diximus, nu. 66. & duplici sequenti. Et deniq; de obligatione ratificandi postea professionem, ac de fugiendi potestate, & de cætris, quæ ratione professionis ei poterant competere, sunt eadem asserenda, quæ de inualidè professis diximus nu. 36. & sequentibus.

Tandem si impedimentum illud duret quinquennio post professionem, vel parte quinquennij, quando liceat huius reclamare. Dicenda sunt quæ diximus, numer. 34. sine, de habente impedimentum irritans professionem.

DIS.